Executoria.

Sigismundus Dei gra Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lituaniæ Russiæ Prussiæqꝫ &c Dnus et hæres.

H Magnificis et Generoso, Stanislao de Cosczielecz Jun: wladislavien
et Capit. Marienburgen, Georgio de Baysen Marienburgen, et Cas
pitaneo Gnezuen Palatinis. Joanni Balinsky Castellano Gedanen
et dispensatori Marienburgen, sincere nobis et fideli dilectis
gram Regiam. Magnifici et Generosi sincere nobis & fidelis di:
lecti. Consensimus & admisimus Reueren in Chro pri Dno Fabia:
no Epo Warmien villam nram Clarkendorff de manibus
Famatorum Proconsulum et Consulum Ciuitatis nræ Elbingen
eiusdem villæ Tenutarioꝝ in summis pecuniaꝝ ipsis iuste et le:
gitime inscriptæ, eximere et eliberare. Vt itaqꝫ eiusmodi consensus
et admissio nostra debitum suum sorciatur effectum, comittimus
vobis & mandamus quatenus pro termino et tpe competenti
vigore pntis nræ comissionis, accitis ad se præfatis Tenutarijs
cum eorundem lris et munimentis super villam pdictam, ea:
dem reuideatis, et examinetis, summasqꝫ in eadem ipsis iuste
vt præmissum est, et iuridice inscriptas pfato Dno Epo numerare
et reponere, ac per eosdem tenutarios recipi et effectualiter tolli
faciatis, possessionem ipsis villæ pdictæ auferen et eidem Dno
Epo assignan cum effectu pro gra nra, vnius vrm absentia no
obstan. Dat in Brzesczie Lituanico in vigilia Conceptionis
Glori.^me virginis Mariæ. Anno Dni. Millesimo. Quingentesimo
decimo octauo. Regni nri anno duodecimo

Commissio Regiæ
M.tis propria.

Mandatum.

Sigismundus Dei gra Rex Poloniæ Magnus Dux
Lituaniæ Russiæ Prussiæqꝫ etc Dns & hæres

H. Famatis Proconsulibus et Consulibus Ciuitatis nræ Elbingen

fidelibus dilectis gratiam Regiam. Famati fideles dilecti. Consensi-
mus et admisimus Reveren in Chro Patri Dno Fabiano Epo War-
mien sincere nobis dilecto, villam nram Clankendorff de manibus
vris eximere et eliberare, vt itaque eiusmodi consensus & admissio
nostra, ad effectum deducatur celerem et debitum. Comisimus hoc
idem exemptionis negotiu nonnullis Comissarijs nostris. Quapropter
mandamus vobis, quatenus posteaque per eosdem Comissarios nros
vocati fueritis, coram illis, cum munimentis et lris vigore quarum
eandem villam nram Clanckendorff, possidetis, compareatis, sum-
mam pecuniarum in eadem villa nostra vobis iuste et legitime
inscripta recepturi, possessionemque eiusdem, dicto Dno Epo condescen-
suri, et aliter non facturi pro gratia nra. Dat in Brzeszcie
Lituanico in vigilia Conceptionis gloriosissime virginis Mariae. An-
no Dni Millesimo quingentesimo decimo octavo. Regni nostri
1518. duodecimo.

Ad Mandatum Regiae
Mtatis proprium.

Literae consensus super translatione bo-norum Tolkemit, Keutelarum, Krebesdorff etc. in Capitulum, cum abrogatione feudi.

I. In nomine Dni Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Rega-
lis providentiae solicitudo inter ceteras Regni curas, ea propen-
siori studio libenter exequitur, quae ad sacrorum et piorum locorum,
eorum praesertim quae bellorum turbinibus desolata sunt repara-
tionem ac divini cultus restaurationem et augmentum pertinere,
ac Ecclesiasticis personis religionis incitamenta praestare dinoscun-
tur. Quapropter nos Sigismundus dei gratia Rex Poloniae Magnus
dux Lituaniae, necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae
Lanciciae, Cuiaviae, Russiae, Prussiae, ac Culmen, Elbingen, Po-
meraniaeque etc Dns & haeres. Manifestum facimus tenore
praesentium quibus expedit ita praesentibus sicut futuris. Quod cum olim
nos cupientes Ecclesiae Warmien bellorum iniurijs plurimum